Quaestio medica quodlibetariis disputationibus agitanda In Scholis Medicorum die Jovis 7a Januarii.

Amplissimo viro D. Girardo Denizot D. M. Moderatore Sapientissimo.

An haemorrhagia omnis generis remedium?

Functiones quatuor omnes variis donatae partibus solventibus insidentes nunquam otiosas vel deploratas penitus concidere, vel vehementiores languere, vel depravatas edi per morbum contingit, quorum intemperies, prava conformatio, atque continui solutio intulit. Et quamvis laesione multiplici varia in excrementis quantitatis, qualitatis et sedis praeter naturam vitia contrahuntur, quae sive cumulatim congesta sint, sive copiosius et per vias alienas diffluant, morborum causas disseminant, sed nullum vero cum tanto sanitatis dispendio, atque sanguis ipse profunditur, qui ut naturae thesaurus, et caloris nativi sedes constituitur, ita ejus jactura toto genere praeter naturam durante (extremo fluore excepto) si immoderata fuerit hydropem, tabem, funestam convulsionem, desipientiam, syncopem atque adeo mortem inducit.

Erumpit ergo sanguis e naribus non raro crisis in febribus ardentibus dolore primum et vertigine caput obsidente, oculos splendore et lachrymarum profusione, faciem rubore, venas frontis, et hypocondria tensione. At e spiritus organis respiratoriis rejecta per tussim educitur. Ex aspera quidem arteria cum dolore sensu, et vocis raucedine; a pulmone rubrior, flavus, spumosus, citra dolorem: ab ipso thorace nigricans, grumosus, non citra tussis, et doloris praecedentium exteriorem. Quisquis vero crassior, aut jam concoctione similis chylo, pituitae vel permixtus cum nausea multus evomitur, prodit e ventriculo, in quem e jecore, liene, vicinisque partibus confluxerat. Periodo per urinam, vero; sed vero saepius per venas ductum ex renibus vesicae tum puris, tum dilutus dimanat. Per intestina quoque mutilis et plethoricis ex copia sanguinis, ex jecoris imbecillitate a qualis intemperie progenita aquosus dejicitur, veluti a liene foeculentus, haemorrhoides interna, cum a vena cava magis coctus, externa excipitur.

Jam vero haemorrhagia ipsius sanguinis vasorum, et facultatis vitas ascribenda, non omnes morbi quem sequitur; cum sanguis e vena aut arteria secernitur, cum erodato tunicarum divisione, et subdolis modo transmissus erumpat. Anastomosin morbus organicus et a balneis, exercitiis, regionis, temporis, victus calida constitutio in rufo et habitu, et aetatis flore producentem pari vasorum mollitie, retentricis imbecillitate, expultricis robore, sanguis et qualitate et copia molestus. Diapedesin occasione nulla laudabilem, nec repentinam, nec cum multi et crassi sanguinis exitu fit producentem, tunicae raritas, sanguinis tenuitas, gracilisque vasorum inducit apertio. Diaeresin partium similarium affectum inferre vulnus, contusio, ruptio a motus vehementia, humoris abundantia, et flatuoso spiritu. Cui conjunctam διάβρωσιν exiguo et per intervalla stillante sanguine conspicuam, humoris interni aut alterius et fons et judicat acrimonia.

Sanguis in plethora et synocho undecunque fluat viribus integris non compescendus. In hepatis, lienisque inflammatione, causo, phrenitide, mensium aut alterius consuetas evacuationis suppressione, in febribus surditate, capitis dolore, aetate juvenili, et temperamento sanguineo per nares recto tramite erumpere tantum fluxu non est prohibendus. Cum sputo (quo et mitior pleuritis et sectione venae judicatur tollenda) etiam profuso gravans copia citra tabem exhauritur. Nec minor aegris parta est utilitas cum sive febre vomitu excluditur, fluorem mensium ad conceptum necessarium ac lochiorum maxime cohibere nocendum, nisi a vacuatorium dejectio fit prodigium. Haemorrhoidas morbis ab atra bile natis salutares evacuatis qui vena non sanavit periculum hydropis vel tabis accedit. Dysenteria splenicis et maniacis superveniens bona: cui coeteris non vero cruenta mictio, quae quod est ordi et noxas deplendum.

Comprimendum quod nec cacochymias nec plenitudini remedium, nec aegris εὐφορίαν affert profluvium, ancolentibus et astringentibus. Auxilium venae sectio, cucurbitulas hypocondriis admotas, frictiones, externorum vincula, ... refusio. Adstrictio perficitur alimentis et medicamentis refrigerandi, et incrassandi vim sortitis: qua parte promanat sanguis, frigida in fotum affundenda, venarum orificia stypticis, anacollematis, emplastris, et escharoticis occludenda; fluoris impetus narcoticis cohibendus, somnus conciliandus, nec negligenter extirpandas causas incumbendum, cui in copia, tenui victu, in diapedesi hydragogis et roborantibus, in erosione cholagogis, et epicrasticis, in vulnere collecticis prospicitur. Haemoptoisi (a qua in pulmonis ulcere defixa nemo convalescit) silentio, tussis irritationis cohibitio, lactis et eclegmatis adstringentibus usus; dysenteriae hepaticae epithemata nunquam frigida, sanguinis mictui ab ulcere sarcotica diuretica admista: mensibus sub mammis affixa cucurbitula, haemorrhoidibus ligatura, et sectio competunt.

F.M.P. Bibliothèque

Non ergo haemorrhagia omnis generis remedium.

Ponebat Joannes Beauchesne Lutetianus. 1574.

Dom. Doctor. Disputaturi.

M. Lazarus Thenot.	M. Guillelmus de Boissy.	M. Franciscus Brigard M. R.
M. Martinus Girard.	M. Bartholomaeus Passart.	M. Simon Pietre.
M. Yvo Marchant.	M. Joannes Faber.	M. Nicolaus Jacquatt.